



## PAENITENTIARIA APOSTOLICA

Prot. N. 371/20/I


### DECRETUM

PAENITENTIARIA APOSTOLICA, vi facultatum sibi specialissimo modo a Sanctissimo in Christo Patre et Domino Nostro, Domino Francisco Divina Providentia Papa tributarum, Exc.mo ac Rev.mo Patri Domino Marco Szkudło, Vicario Generali Katovicensi, vel de eius consensu alii praelato episcopali dignitate insignito, benigne concedit ut, in iubilaeo Beatae Mariae Virginis Auxiliatricis Paroeciae de "Wełnowiec", die pro fidelium utilitate eligendo, post litatum divinum Sacrificium, impertiat omnibus christifidelibus adstantibus qui, vere paenitentes atque caritate compulsi, iisdem interfuerint sacris, **papalem Benedictionem** cum adnexa *plenaria Indulgentia*, suetis sub condicionibus (sacramentali Confessione, eucharistica Communionem et Orationem ad mentem Summi Pontificis) lucranda.

Christifideles qui **papalem Benedictionem** devote acceperint, etsi, rationabili circumstantia, sacris ritibus physice non adfuerint, dummodo ritus ipsos, dum peraguntur, ope instrumenti televisifici vel radio-phonici propagatos pia mentis intentione secuti fuerint, *plenariam Indulgentiam*, ad normam iuris, consequi valebunt.

Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Paenitentiariae Apostolicae, die XVIII mensis Maii, anno Dominicae Incarnationis MMXX.

  
MAURUS Card. PIACENZA  
*Paenitentiarius Maior*

  
CHRISTOPHORUS NYKIEL  
*Regens*